



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones à Clemente X. & Innocentio XI. editas

Luxemburgi, 1739

XXXVIII. Indulgentia Plen. perp. pro Ecclesiis Clericorum Regularium
Ministrantium infirmis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74708](#)

ANNO
1678.

INNOCENTIUS UNDECIMUS.

ANNO
1678.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub An-
nulo Piscatoris die XXV. Maii MDCLXXVIII.
Pontificatus nostri Año Secundo.

XXXVII.

Committitur Episcopo Malacitano erectione Ca-
nobii Fratrum Minorum S. Francisci Discal-
ceatorum in Civitate Malacæ secundum Con-
stitutiones Apostolicas facienda.

Dat. 3. Sept.
1678. An. 2.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Vener. Frater Salutem, & Apost. Bene-
dictionem.

Cause eri-
gendi now.
Cenobia.

Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Fer-
dinandus de Villadiego, & Peralta Frate:
expresse professus, & in Romana Curia Procu-
rator Provinciae Sancti Petri de Alcantara in His-
pania Fratrum Minorum Ordinis Sancti Fran-
cisci strictioris obseruantia five Discalceatorum
nuncupatorum, quod cum Fratres dictæ Pro-
vinciae Deo in spiritu Evangelico servire, Regu-
lam dicti Ordinis accurate servare, populos bo-
no exemplo ædificare, omnemque operam pro
spirituali Christi fidelium consolatione, atque
utilitate impendere assidue satagant, ideo mul-
ti ex dictis populis novos Conventus instituti di-
ctorum Fratrum Discalceatorum erigere cipiunt,
dictaque Provincia ejusmodi Conventuum magnopere indiger, quippe que licet per tria Reg-
na, Granatense scilicet, Murcia, & Giennen-
se dilatarata sit, tredecim tamen dumtaxat Con-
ventus habet, quorum aliqui cum ab aliis Con-
ventibus longe distent, incommoda redditur
Ministro Provinciali illorum visitatio, & Fra-
tribus dum ab uno ad alium Conventum trans-
ferentur, non minus incommode est tantum
itineris pedibus juxta eorum Institutum perage-
re, quinimo nonnunquam extra proprios Con-
ventus pernoctare coguntur, paremque incom-
moditatem sustinent illi Fratres, qui ad aliquas Terras distantes ab illis, ubi eorum Con-
ventus positi sunt. Quibus omnibus incommo-
dis remedium adhiberetur, si Provincia prædi-
cta plures haberet Conventus; Verum licet mag-
na sit illorum indigentia, & quorundam po-
palorum pietas novos Conventus hujusmodi dictæ Provinciae offerat, ipsa tamen Provincia
illos fundare nequit propter quasdam fel. record.
Clementis Papæ VIII. prædecessoris nostri lite-
ras in simili forma Brevis die 11. Julii 1601. ad
instantiam Fratrum Minorum Provinciae Carthaginensis
Ordinis ejusdem Sancti Francisci de ob-
servantia nuncupatorum expeditas, quibus ea-
vetur, ut Fratres Minores Discalceati Conven-
tus eorum instituti inter spatium quatuor leu-
carum a Conventibus ipsis Provinciae Carthaginensis fundare nequeant; qua litera a rec. mem.
Alexandro Papa VII. prædecessore pariter no-
stro per suas pariter in forma Brevis die vige-
sima Octobris 1661. seu alio veriori tempore emanatas literas confirmatae, & ad Provinciam Granaten. Fratrum Minorum itidem de Obser-
vantia dicti Ordinis contra Provincias Fratrum Discalceatorum ampliatae fuerunt. Cum autem
sic eadem expositi subjungebat, litera præ-
fata ad instantiam dictorum Fratrum de Obser-
vantia, non auditis Fratribus Discalceatis, ema-
naverint, idque facile factu fuerit, quia Procura-
tor Generalis dicti Ordinis, qui in Romana Curia
residet, semper est ex Fratribus de Observantia;
nulla vero adit ratio solido nixa fundamento,
propter quam in magna Regnorum supradictorum
parte impediiri debet propagatio Instituti
dictorum Fratrum Discalceatorum, qui Regu-
lam prædictam stricte servantes Dei gloriam, &
Religionis decorum promovere semper studue-

Obstant
nonnullæ
Pontificum
literæ.

Cur ex non
sunt attenden-
dæ.

runt, populorumque ædificationi operam dede-
cent, & proinde dictus Ferdinandus Procurato-
plurimum cupiat præfata Provinciae Sancti Petri
de Alcantara indulgeri, ut non obstantibus li-
teris supradictis, tres novos Conventus, unum
sicut in ista Civitate Malacitan. Regni Granaten., alterum in Oppido Civitate nuncupato de
Baeza Regni Giennensis, & reliquum in Villa
de Auxad ejusdem Regni Granaten. ad Montes
Alpuxarras nuncupati, servatis tamen de jure
servandis quoad reliqua, & accedente consensu
illorum, quorum consensus accedere deberet, eri-
gere valeat; attento quod nullum exinde inju-
ritum præjudicium aliis Regularibus proventu-
rum est, cum supradictæ duæ Civitates sint po-
pulo frequentissimæ, ac amplæ, & opulentæ, di-
taque Villa paris sit conditionis, locorum vero
Ordinariorum, & alii, quorum consensus ad novo-
rum hujusmodi Conventuum erectionem requiri
solet, non sint permisuri, ut illi erigantur, nisi
prius bene examinata illorum necessitate, atque
utilitate, cognoverint, illos nec regularibus
præjudicium, nec populis gravamen afferre pos-
se. Nobis præterea prædictus Ferdinandus Pro-
curator humiliter supplicari fecit, ut in præmis-
sis opportune providere de benignitate Apostolica
ca dignaremur. Nos igitur ipsum Ferdinandum
Procuratorem spiritualibus favoribus, & gratiis
prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis,
suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesi-
asticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel
ab homine quavis occasione, vel causa latiss., si
quibus quomodolibet innoxatus existit, ad effe-
ctum præsentium dumtaxat consequen. harum
serie absolventes, & absolutum fore censentes,
hujusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium
Fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ
Ecclesie Cardinalium negotiis, & Consultationibus
Episcoporum, & Regularium præpositorum
consilio, Fraternitatit tuæ per præsentes
committimus, & mandamus, ut veris existen-
tibus narratis, & accedente consensu interesse
habentium, petitam Conventus erectionem in
Civitate Malacitana tantum auctoritate nostra
Apostolica pro tuo arbitrio, & conscientia con-
cedas. Ita tamen, ut in reliquis ea omnia, qua
per Constitutiones Apostolicas circa hujusmodi
novorum Conventuum erectiones præscripta sunt,
religiose serventur; ac salva semper in præmis-
sis auctoritate Congregationis eorumdem Car-
dinalium.

Preces Pro-
curatoris
Provinciae.

Committi-
tur Episcopo
Malacitano,
ut veris ex-
positis, &
servatis Con-
stitutionibus
Apostolicis,
Malac tan-
tum Cen-
obium consti-
tuat.

§. 1. Non obstantibus literis prædictis, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit, Ordinis, & Provinciarum hujusmodi, aliisque quibusvis etiam Juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis, statutis, & confiue-
tudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodo-
libet concessis, confirmatis, & innovatis. Qui-
bus omnibus, & singulis, illorum tenores præ-
sentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac
insertis habentes, illis alias in suo robore per-
mansuris ad præmissorum effectum hac vice dum-
taxat specialiter, & expresse derogamus, cæ-
terisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Ma-
jorem sub annulo Piscatoris die III. Septembri
MDCLXXVIII. Pontificatus Nostri Anno Se-
cundo.

Conceditur Indulgentia Plenaria perpetua bis
in anno, ac septem annorum, & totidem
quadragenarum in reliquis mensibus, etiam
per modum suffragii applicanda, iis qui inter-
fuerint orationi semel in mense pro moribun-

XXXVIII.

Dat. 26. Sept.
1678. An. 2.

dis in Ecclesiis Clericorum Regularium Ministrantium Infirmis fieri solitae.

tum nobis ex alto conceditur, ampliare stude-

muis.

§. 1. Dudum siquidem de mandato fel. rec.

Clementis Papa X. prædecessoris nostri emanavit

e Congregatione tum existentium S. R. E. Car-

dinalium Indulgentiis, & sacris Reliquiis Præ-

postitorum Decretum tenoris, qui sequitur vi-

delicit: Licit sa. mem. Paulus Papa III. per bi-

nas suas Constitutiones concederit, ut Sanctissimi

Corporis Christi Confraternitates omnes,

& singula, ubi locorum institutæ, ac insti-

tuenda, iisdem Privilegiis, concessionibus,

Indulgentiis, gratiis, & Indultis, quæ Confrat-

ternitati Sanctissimi Sacramenti in Ecclesia San-

&æ Mariæ super Minervam de Urbe erectæ lar-

gitus fuerat, ac in posterum largiretur, uti,

potiri, & gaudere possent, ac deberent; quia

tamen per nonnullas Apostolicas Constitutiones,

& Ordinationes, quæ deinceps emanarunt;

præsertim vero per similis memoriae Clementis VIII. Constitutionem de Aggregationibus

editam, facultates, & Indulgentiæ, tam supra-

dictæ Sanctæ Mariæ de Minerva, quam cæteris

omnibus Confraternitatibus antea concessæ, aut

abrogatae, aut saltæ moderatae comperiuntur,

aliaque hoc de genere decreta sunt, ex quibus

in dubio revocari posse videatur, an hujus-

modi Pauli III. concessiones pristinum suum robur

adhuc retineant; Congregatio Eminentissimo-

rum, & Reverendissimorum S. R. E. Cardinalium

Indulgentiis, sacrisque Reliquiis Praefectorum

opras summopere Sacratiss. Sacramenti venera-

tionem, & cultum in dies magis augeri, & ob

eam causam hujusmodi Societatem in omnibus

Ecclesiis Parochialibus erigi, atque ad id Chri-

stifidelis præcipuis gratis excitari, speciali ordi-

ne habito viva vocis oraculo a Sanctissimo Do-

mino Nostro Clemente Papa X., fel. recordatio-

nis Pauli V. vestigiis inhærente, decrevit, ac

declarat, juxta eisdem Pauli III. Constitutio-

nes, Confraternites, & singula Sanctissimi

Corporis Christi, ubique terrarum haec tenus

Apostolica, vel Ordinaria auctoritate erectas

aut posthac ergendas, absque nova, aut pecu-

liari alia concesione, communicatione, vel

aggregatione fore, & esse debere participes quo-

rumcumque privilegiorum, concessionum, In-

dulgientiarum, facultatum, gratiarum, & In-

dultorum ab eodem Paulo V. Archiconfraterni-

tati Sanctissimi Sacramenti de Minerva per Bre-

ve Datum Romæ apud S. Petrum die 3. No-

vembri 1606. nominatim, & expresse conce-

fforum, ac in posterum, a Sede Apostolica con-

cedendorum, illisque omnibus, & singulis uti,

potiri, gaudere posse, ac debere statim atque

Confraternitatum earumdem erexit Apostolica,

vel Ordinaria auctoritate facta fuerit, servata

tamen in reliquis omnibus prædicta Clementis VIII. Constitutione. Non obstantibus Con-

stitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis de In-

dulgentiis adinstar non concedendis, nec aliis

contrariis quibuscumque. Datum Romæ die

23. Aprilis 1676. -- C. Cardinalis Maximus --

Loco ✠ Sigilli -- Michael Angelus Riccius

Secret.

§. 2. Quare nos perpetuae ejusdem Decreti

firmitati consulere cupientes, Decretum ipsum

insertum, cum omnibus, & singulis in eo

contentis, auctoritate Apostolica tenore præsen-

tium approbamus, confirmamus, & innovamus,

illique inviolabilis Apostolica firmitatis robur

adjicimus.

§. 3. Præterea omnibus, & singulis utriusque

sexus Christifidelibus tam in alma Urbe nostra,

quam alibi ubicumque locorum degentibus, qui

præfatum Sanctissimum Eucharistia Sacra-

mentum, cum ad Infirmos pro Viatico defertur,

devote comitati fuerint, ac pro Christianorum

Principum concordia, hæresum extirpatione,

Decretum Congregationis in cuius rebus runt aliquæ mutaciones harum Indulgenciæ.

Exordium.

Preces Pre-
postri Gene-
ralis.Prædictæ
Indulgencie
conceduntur.

Clausule.

XXXIX.

Dat. 7. Oct.
1678. An. 2.

Exordium.

INNOCENTIUS PAPÆ XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Cœlestium munerum thesauros, quorum di-
pensatores esse nos voluit Altissimus, cum
ad Catholicæ Religionis, & Christianæ pietatæ
incrementum, & animarum salutem profecturos
speramus, libenter elargimur.**§. 1.** Itaque supplicationibus dilecti filii Pra-
postri Generalis Congregationis Clericorum Regu-
larium Ministrantium infirmis nomine nobis
super hoc humiliter porrectis inclinati, omnibus
utriusque sexus Christi fideiibus vere pœnitentia-
& confessio, ac Sacra Communione refectis, qui
orationi semel in mense pro decedentibus, in
qualibet Ecclesia Congregationis Clericorum Regu-
larium Ministrantium infirmis, fieri solita
devote interfuerint, & ibi pro Christianorum
Principum concordia, hæresum extirpatione, ac
Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione, necon non
felici Agoniantum transitu, pias ad Deum pre-
cesses effuderint, plenarium bis in anno omnium
peccatorum suorum Indulgenciam, & remissio-
nem per quemcumque Christi fidelem luci-
faciendam misericorditer in Domino conceden-
tibus. In cæteris vero anni mensibus ejusdem
Christifidelibus præmissa peragentibus septem
annos, & totidem quadrages de injunctis eis,
seu alias quomodolibet debitibus pœnitentiis in
forma Ecclesiæ consueta relaxamus, quas om-
nes, & singulas Indulgencias, & peccatorum
remissiones, ac pœnitentiarum relaxations ani-
mabus Christifidelium, quæ Deo in charitate con-
juncta ab hac luce migraverint, applicari posse
indulgemos.**§. 2.** In contrarium facien. non obstantibus
quibuscumque. Præsentibus perpetuis futuris
temporibus valutur.**§. 3.** Volumus autem, ut præsentium trans-
sumptis, etiam impressis manu alicuius Notarii
publici subscriptis, & sigillo persona in dignitate
Ecclesiastica constituta munitis, eadem pror-
sus fides ubique habeatur, quæ haberetur ipsius
præsentibus, si forent exhibita vel ostensa.Datum Romæ apud S. Mariam Majorem
sub Annulo Piscatoris die XXVI. Septembris
MDCLXXVIII. Pontificatus nostri Anno Se-
cundo.Confirmatur decretum Congregationis Indulgencie-
rum, quo Confraternites SS. Sacra-
menti sunt participes Indulgientiarum Archicon-
fraternitatis ejusdem nominis in Ecclesia San-
ctæ Mariæ super Minervam de Urbe institu-
tae, & alia insuper Indulgencia conceditur
comitantibus idem Sacramentum ad Infirmos
pro Viatico delatum.

INNOCENTIUS PAPÆ XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Inuncti nobis cœlitus pastoralis Officii debi-
tum exigit, ut ad augendam fidelium religio-
nem, promovendamque animarum salutem pia
charitate jugiter intenti, ea, quæ ab hac Sancta
Sede ad incitandam, fovendamque eorumdem
fidelium erga SS. Augustinum, Augustinumque Cor-
poris, & Sanguinis Domini Nostri Iesu Christi Sa-
cramentum pietatem, atque devotionem salu-
briter emanasse noscuntur, Apostolici munimi-
nis nostri patrocinio roboremus, ejusdemque
SS. Sacramenti cultum, & venerationem pru-
denti cœlestium munerum dispensatione, quan-Confirma-
torum relatum
decretem.Insuper
conceditur
Indulgencia
comitantibus
SS. Sa-
cramentum
ad Infirmos
delatum.

ac Sanctæ